

ADATTÁR.

B. BALASSA BÁLINT EGY PÖRE.

A nagyszombati érseki helynökség levéltárában őriztetik egy régi szentszéki protocollum, mely 1592. március 10.-ével kezdődik, és 247 számoszott folio-levélen az 1600. ápr. 27-ig tárgyalt ügyeket tartalmazza, s köztük Balassa Bálintnak is egy a nagyszombati szentszék előtt Losonczy Anna ellen letárgyalt pörét. E protocollum a legrégebbi, melyet a levéltár bir, s ebben a pör legkezdete nincs benn, de nem sok híja. Nem vitettet-e a közvetlenül előző kötet innen a levéltár legrégebbi részével Esztergomba, azt nem tudom. A mennyi e csinosan kötött folio kötetben Balassa pöréből megvan, azt, íme, közlöm.

Anno dni Millesimo quingentesimo Nonagesimo secundo, die vero decima Mensis Martij Rmo Dno Joanne Chereodi Eppo Eccliae Tininien. etc. per Rndiss. Do Joannem Kuthassy¹ Eppum quinqueecclesien. Administratorem in spiritualibus et Vicarium Causarumque Auditorem generalem, Judice et Vicario substituto pro tribunali sedente.

Eodem die comparuit Lucas Péchi² et reproducens valvales³ verbo, 21 Januarij Anni 92 obtentas accusavit multipliciter Contumaciam Reae non Comparentis Petens contra eandem decerni Monitorium obt. (azaz: obtinuit).

Anno Dni millesimo stb. vigesima prima mensis Maij. Rsmo Dn. J. Kuthassi . . . po trib. sed.

Comparuit Thobias Klubnik et reproduxit sigillum Valenti Balassa Rssimi Dni cum Relatione executoris in dorso assignata, quo est Procurator actoris monitus ut ad hanc horam sibi praefixam compareat in Judicio, Et dixit principalem suum Valentimum Balassa, non potuisse contra Dnam in Causam Attractam impetrare citationem seu Movere aliquam Causam, multo minus Monitorium cum similes personae tamquam Infames a Judiciis et postulatione arceantur Causa

Magci Dni
Valent. Balassa
contra Annam
Lossonczy.

¹ Kuthassy volt az érseki helynök.

² Péchi Lukács és az alább többször említendő Klubnik Tóbiás voltak a sz. szék ügyészei.

³ Idéző levél, melyet néha a templomajtóra (valvae) függesztettek.

2. q. 5. eod. q. 7. ac c. 3. q. 4. Petit itaque eundem Actorem, tamquam similem Infamem ac Incestuosum ab Actione sua removeri. Constat autem talem esse ex sententia ac Actis hic, in hoc foro actitatis ad que se refert et pro testimonio repeti petit ac recognoscere. Quare petit suam Principalem, Dnam nimurum Mag^{cam} annullata dicta Citatione ac Monitorio ab hac Instantia absoluui, cum refusione expensarum litis et extra etc.

Praesente Luca Péchy et dicente, praemissa fieri non debere, quia contra Dominam ordinarius Processus institutus fuisse, prout docerent Acta, in Contumaciam Valvales decree, quas etiam negligens Pars Actorea in Judicio Monitorium obtinuit, quod adhuc in Partibus ad exequutionem peragendam haeret. Quod sic obtentum Juridice docent Acta. Et dato, quod Praemissa vera sint, tamen ordo Judiciarius confundi non posset, nec similis excusatio admitti cum Pars Actorea nullam adhuc Causam vel Libellum instituerit, sibique imputet Pars Rea, quare non contradixerit tempore Citationis coram executori, sed contumaciter in processum se imiserit, qui adhuc pendet Monitorio non comparente. Unde petit rejici Petita ex adverso.

Annotato Thobia Klwnnik dicente Praemissa esse nulla quia Juris ordo solum honestis concedatur, non vero Infamibus, qui ab omni Actione repelluntur etiam Jure Regni, Parte 2. Tripart. Tit. 30. §. In Judicio vero etc. Quare tueri auxilio et subsidio bone fame Virorum non posset. Nec consensisse aliquando in Citationem sed contumaciter prosequutum fuisse ad dictum Monitorium, cui nec contradicere opportuit, tamquam persone infamis, nec unquam pervenisse ad Noticiam in Causam Attractae similem Causam motam esse, quod constat ex ipsa Contumacia. Petit itaque ut supra.

Memorato L(uga) P(échi) dicente, Praemissa esse nulla, quia non in ijs terminis Processus institutus versaretur, utrum a Persona Infami, ut praetendit Pars aduersa (de qua solemniter protestatur) Reservans facultatem agendi de Injuriis, sed utrum tempore executionis reclamaverit dictae Citationi; et quia tacuit, sibi imputet. Constare autem, citatam esse, ex hac comparitione, ubi ipsem fatetur, Partem Actream Citationem obtinere non potuisse. Proinde petit non audiri, sed expectari monitorium ab executori.

Antedicto Thobia Klwnnik dicente, Juris ordine prout praetendit ex adverso, se tueri non posse tamquam Persona Infamis. Et quia dubitat, seu protestatur de Infamia, refert se ad prothocollum, ex quo manifeste constat, ac probari potest Personam similem Infamem esse. Nec unquam consensisse Citationi, nec ad ipsius Noticiam pervenisse, nisi per alios et et singularres (sic!) suos homines, prout ex ipsa Citatione appetat, nec fuisse citatam personaliter sed per quemdam servitorem fictum. Petit itaque ut prius.

Memorato L. Péchi dicente obstare processum Institutum ob Contumaciam Partis Reae, ac proinde non debere audiri.

Praelato Thob. Klwb. dicente, ut dictum est, non sublevare ullus processus (sic!), quia similes Persone, ut dictum est ab omni accusa-

cione et postulacione repelluntur. Citari (sic!) vero tantum illis conceditur, quos Jura ad postulandum admittunt. Petit itaque ut supra

Saepefato L. P. dicente non sublevare Partem adversam, quin se processui accomodet. Dato, quod (ut praetendit) talis esset Persona Pars Actorea, quia Causae (?) Privilegio Dominum Actorem convincere non posset, Prothocollum autem servivit et servit Parti Actoreae eadem Racione sicut Reae, et proinde nihil certi ex illo adducere posse, ac per consequens Processum Institutum stare.

Saepedicto Thob. Kl. dicente, verba ex adverso probata esse nuda et nullo firmamento Juris roborata Prothocollum autem esse Conservatricem Justiciae ac potest probari, similem Personam esse, et fuisse Judicatam, Infamem, Incestuosam. Petit itaque, referens se ad supradicta omnia prout petivit.

Annotato L. P. dicente, nec praemissa militare quoad Prothocollum, quia sicut Acta inter duos non praejudicant tertio, ita nec serviunt, ac proinde obstat Parti Adversae Processus per Contumaciam Institutus.

Saepedicto Thob. Kl. dicente non praejudicare res, seu negotium inter duos actum tertio, si sit honestus, quare non sublevat etiam hoc. Inhaeret itaque a se dictis.

Annotato L. P. contrariorum eandem esse scientiam, ac proinde stare processum.

Eodem Thob. Kl. dicente contra Leges manifestas nihil apponi posse. Petit itaque ut supra

Dominus Judex distulit pronunciare ad secundam horam hodie pomeridianam super nunc deductis.

Eodem Millesimo stb. Joanne Kwthasy... ad horam Valent. Balassa
contra Mag.
Dnam Annam
Lossonczy destinatam pomeridianam pro tribunali sedente.

Comparuit Thobias Klwbnik et petivit in hac causa super deductis seu petitis hodie interloqui per dominum Judicem.

Praesente Luca Pechi, et similiter petente Interloqui ex Rationibus hora matutina adductis

Dnus Judex diligenter dicta et de Jure pro Parte in Causam allata, contra Dominum Actorem in medium adducta perpendens et examinans, similiter ea quoque, que ad probandum ipsum Actorem Incestuum et per hoc Infamem pro Tribunal in quadam alia Causa pronuntiatum fuisse in medium producta fuere, Considerans. Declarat, per sic Notatum Actorem, contra Dominam in Jus vocatam nullam Causam movere aut intentare potuisse, satisque tempore debito hanc exceptionem peremptoria contra Personam Actoris esse oppositam cum non constet Partem Ream hactenus in Actorem aut ejus Actionem consensisse quoquomodo. Jmo Contumacia sua ad Monitorium usque protracta reclamassee, prout etiam per hodiernum Actum reclamavit Actioni illius. Ac proinde maturo praehabito Consilio, annihilatis et Mortificatis omnibus pro Parte Actorea decretis, Citacione nimirum, valvalibus, Monitorio ad hoc usque tempus non reproducto etc. Ab illius Impetitione et Instancia hujus Judicij absolvit Dnam in Causam

vocatam, cum refusione expensarum litis et extra. (?) — quarum tamen limitationem faciendam (?)¹ suo tempore et ordine sibi reservat.

Qua deliberatione seu deffinitiva auditâ Lucas Pechi Procurator sui Principalis nimirum Actoris ad Cautelam appellavit ad Nuncium Apostolicum, ad prosequendam competentem mensium, nimirum trium Mensium.

Praesente Thob. Klwnik, et petente non deferri Appellationi Interpositae cum Jura illi non faveant, et cum sit crimen nothorium, in nothorijs autem non admittatur appellatio.

Memorato L. Pechi adhuc appellante etc.

Dominus Judex detulit Appellationi Interpositae, concedens Appellantî Apostolos reverentiales, et terminum ad prosequendam Appellationem decem septimanarum ab hodie computandarum.

Anno millesimo stb. die vero 24 Novembris Rendo Dno Stephano Zvhay Vicario pro tribunali sedente.

Valent. Balassa [] Eodem die comparuit Thob. Klubnik et dixit, cum cota Annam [] Losszonczy sit Appellatio disertata (?) nec in termino sibi praefixo prosequuta, transisse Causam in Rem adiudicatam, petivit sibi Litteras necessarias et authenticas Judicialiter decerni.

Praesente L. Pechi et dicente, petita ex adverso fieri non debere, quia apostolicos reverentiales in absentia Rssmi Dni Ordinarii habere non potuisset. Proinde petivit sibi decerni apostolicos reverentiales cum termino competenti.

Dicto Thob. Klwb. dicente ut Pars appellans suae negligentiae adscribat quod apud Dnum Notarium non institerit; nam per do. Notarium Litterae Necessariae ad prosequendum dari potuissent. Petit itaque ut supra

Annotato L. P. dicente et Notarium cum Rsmo fuisse ac proinde instat sibi decerni Apostolicos Reventiales.

Dnus Judex distulit pronunciare in hac Causa ad secundam Juris.

Anno Dni millesimo stb. die vero 17. Xbris Rndo Dno Vicario pro tribunali sedente.

Valent. Balassa [] cota Annam [] Losszonczy Eodem die comparuit Thob. Klwb. et petivit per Dnm Judicem Interloqui.

Praesente L. Pechi et Idem petente

Dnus Judex in Contumaciam Partis Actoreae, nimirum Valent. Balassa reassumit Jurisdictionem Causae a Rsmo Dno Joanne Kwthassy Inc. Vicario etc. per Appellationem ad Nuntium Apostolicum transmisso et non prosequute et Parti Reae jam absolutae decernit Litteras absolutionales alias per praefatum Rsmum Do. decretas Authenticas extradare.

Qua deliberatione audita L. Pechi appellavit ab hac interlocutoria ad Illustrissimum Dm Nuncium Apostolicum cum nihil fuisse Actum

¹ Igy irva : fiend. Talán finiendam ?

per Contumaciam prout docent Acta petens sibi decerni Apostolicos Reverentiales, et Praefigi terminum ad prosequendum sex Mensium.

Praesente Thob. Klwb. et petente non deferri Appellationi interposito cum sit saltem interlocutoria et ab interlocutoriis non detur Appellatio, eum saltem de diserta appellatione sit pronunciatum, quare petit non admitti. Quatenus vero audiatur, restringi terminum ad unum mensem, ad haec vero priusquam admittatur doceat de mandato procuratorio.

Memorato L. P. referente se ad Acta et Interim appellante

Dominus Judex non detulit Appellationi interpositae, cum non constet esse mandatarium Lucam Pechy ipsius Mag^{ci} Dni Valen. Balassa, ut ex actis constat vel hodie. Per consequens (?) doceat de facultate procuratoria.

Anno Verbi Incarnati Millesimo quingentesimo nonagesimo tertio die vero duodecima Mensis Januarii Rndo Dno Stephano Szuhay Vicario et Judice etc. pro Tribunal sedente.

Comparuit in Judicio Thob. Klwb. et quia procurator Partis Reae non docuit de mandato, petivit sententiam Anae Lossonczy contra Valentijnum Balassa latam sub Sigillo authentico pro futura cautela Jurium sui principalis Litteras (?) Ita tamen, ut Notario et Advocato satisfaciat.

Praesente Luca Pechy et etiam ab hac Interlocutoria, quatenus esset contraria appellavit.

Dnus Judex in manifestam Contumaciam Actoris Appellationis prosequitionem jam secundario seu Iterato negligentis decernit Parti Reae seu absolutae Litteras necessarias seu absolutionales authentice extradare cum ea Condicione ut sedi satis satisfaciat (sic) et Advocato.

Közli: I.

VELICHINUS ISTVÁN ÉLETEHEZ.

Velichinus Istvánt, a ki 1615. szeptember 9-én a heidelbergi egyetemen *De vera Christi Ecclesia et conciliis* nyilvánosan disputált s művét kinyomatva *Magyari A. Jakab* komáromi papnak és esperesnek is ajánlotta, — Kassa városa, elhúnyt magyar predikátora Kecskeméti Imre helyébe 150 frt évi fizetésre, 1618 február 5-én hívtá meg — a városi jegyzőkönyv szerint.

1623. 12. Maii. *István* pap *Velikinus* invitavit amplissimum senatum ad nuptias. Itaque honorarii loco marcum unam argenti dabuntur (!).

1624. 26. Februarii. Reverendi domini *Georgii Onodi* quondam concionatoris hungarici testamentum exhibuerunt.

1624. 31. Martii. Iudicarius (t. i. dies). *Velikinus István* pap uram actor. Hoporsorum Mihály, consors Tót Katha I (n causam attracti). Procurator *Mar(tinus) Sárossi*.¹ *Actor*: Mivelhogy ez elmult napok-

¹ Az alperes ügyvédje.